

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Ad fugiendam Bacchanalium Turpitudinem Studiosos Iuvenes  
serio admonet**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734809530>

Druck    Freier  Zugang



R.U. Progr. 1641.

1) Nicol. Schütz

2) " "

3) Johann Lothman

4) Johann Quistorp

5) Prof. contra Schonbekam



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734809530/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734809530/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA  
Quo  
Ad fugiendam  
**BACCHA-**  
**NALIUM**

*Turpitudinem Studiosos Juvenes  
serio admonet*

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**NICOLAUS Schütze/**  
J. U. D. & Cod. Professor.



ROSTOCHII,  
Literis NICOLAI KILII, Acad. Typegr.  
ANNO MDCXLI,

**A**ntiquum est festum , sed non pariter sanctum & probum . , quod his diebus inter Christianos à stultis, furiosis & impiis celebrari solet, magno cum scandalo etiam non Christianorum , qui honestatem , licet profanam , amant, piorum vero etiam dolore ac tristitia , imò & horrore & abominatione conjunctum . Bacchi festum vocatur ab ejus autore , qui generis humani hostis rectius Cacodæmon dicitur, & omni tempore habuit, quos adornaret, non solum ut ipsi id celebrarent, sed ut memoriam ejus & solennitatem ad posteros quoq; transmitterent, sedulo , & quasi per manus iis traditum commendarent. Exstant passim in historia populi D E I vestigia ejus non obscura: Apud Ethnicos vero plura, majora & evidentiora. Aegyptus est nemini incognita regio , quæ cum alijs produxerit

Αρχαντικη, μῆλα μὴν ἐστὶ λαμπεῖν, μῆλα δὲ λυγεῖν,  
cum illis , ut erat superstitionis parens fœcundissima , hanc etiam inpietatis, & flagitiī plenissimam plantam Bacchanalitiam produxit. Hinc eam Græci , ut alia plurima sacra, ( si modo sacra dicenda sunt, quæ superstitionis & inpietatis plenissima) ad se traduxerunt, & pro ingenii sui copia variis modis & rituum incrementis aucta in Hetruriā transmiserunt, officinam videlicet, hujus & aliarum

rum foedissimarum ceremoniarum ingetiosissi-  
mam & felicissimam. Inde Romam venit & pri-  
mum nocturnis exercitiis occupata ingentem  
utriusq; sexus hominum multitudinem ex omni  
ætate collectam ad se traduxit. Non potuit in tan-  
ta turba diu clam esse, quod cum tanta turpitudine  
conjunctionem fuit, quæ cuilibet paulo honestiori  
videbatur abominabilis & homine indigna. Igi-  
tur publica autoritate sublatum est, quod sine me-  
tu periculi & exitii publici ferri non poterat: Ve-  
rum, ut est hujus lolii ingenium, non exigua reli-  
quit in animis pravis vitii sui semina, quæ ad Chri-  
stianos etiam cum pietatis cultu extensa, non exi-  
guam ei cladem intulerunt, Telesphorus enim  
P. R. ut Platina testatur, cum Antonini Pii Imper-  
tempore Episcopum Romæ ageret, constituit, ut  
septem hebdomadibus ante Pascha jejunium ob-  
servaretur; cuius autem generis id fuerit jejunium,  
non additur: ita ut veritati, consentaneum sit, non  
malo id sine ab isto Telesphoro institutum esse:  
Sed occasionem hostis Ecclesiæ, qui in omnem in-  
tentus erat, arripuit, & jejunio luxuriam præmit-  
tendam arbitratus est, qua præparati ad exerci-  
tium sobrietatis eo essent alacriores & paratores.  
Successit artifici negotium & animos jejunio ad  
meditationem Dominicæ passionis excitando vi-  
tiorum sordibus adeo inmersit, ut ad contempla-

R. 2

tioñem

tianem CHRISTI patientis & morientis pro peccatis generis humani vix possent attolli. CHRISTUS Hierosolymam ascendit, ac discipulis futuram passionem prædicit, qui nihil eorum, quæ dicerentur, intelligebant, haud dubie occupati cogitationibus profanis ac terrenis de regno Christi ac dignitatibus in eo sibi conferendis: Ecclesiæ Christianæ ministri & verbi divini præcones publicis concionibus prædicant, quæ causæ filium DEI moveant, ut supplicium adeo crudele in se admitteret; nostri thiasotæ nihil horum intelligunt, cogitantes, quibus ludis, personis, conviviis, vestibus, quo clamore, qua scurrilitate, qua bacchatione ad sobrietatis, honestatis & pietatis contemptum ac perniciem ex cogitatis, festum egregium committere & celebrare velint, ne solennitati defuisse videantur. CHRISTUS prædicit futurum, ut gentibus tradatur, quod & factum est per infelicem proditorem: Nos vero, cum Bacchanalia celebramus ab hac proditione puri scilicet, atq; innocentes haberi volumus, per quos nomen Christianum apud gentes ignominiosè traducitur. Quid enim aliud est, quod Muhammedanus ille suo Imperatori non est veritus referre; Cætera apud Christianos ferri posse, unum id non posse, quod certo anni tempore solenniter insaniant. Nec falsum omnino dixit, In quadam septentrionalis non ignobili regione, di-

ne, dicuntur homines in lupos verti, & cum forma  
mores induere, ut homines in agris deprehensos  
jugulent: Quid aliud Bacchi thiasotæ, nonne men-  
tem Christianam exuunt, abiciunt, belluam in-  
duunt, ut Christum Redemptorem gentibus la-  
cerandum prodant, Christus ita proditus ludi-  
brio excipitur, contumelia oneratur, oris Judaici  
in puro excremento in faciem ejecto in pudenter  
maculatur: Quid aliud nostri thiasotæ? Christum  
& sanctam ejus doctrinam turpissimis ludibriis ex-  
cipiunt, quæ cum sanctimoniam, sine qua nemo  
Deum videbit, à nobis postulet, hi profanitatem  
exercēt; postulat ille castitatem, hi mollitiem, las-  
civiam, libidinem, vultu, gestu, moribus, expri-  
munt, ac Deo, castæ menti, in purissimum digi-  
tum medium ostendunt, excusso naso derident,  
exserta lingua subflannant, & omne genus ludibrii  
in suos proximos meditantur, adeoq; nihil, quod  
ad ludibrium faciat, intentatum relinquunt. De-  
niq; flagris concisus & in crucem actus morte obiit,  
fidelibus quidem salutari, sed aliis pudenda atq;  
ignominiosa. Quid minus faciunt nostri thiasotæ,  
qui sanctissimum Christi sanguinem in cruce  
effusum pedibus conculeant, denud quantum in  
ipsis est, crucifigunt, & si quid impietati, crudelitati  
ac turpitudini Judaicæ defuit, (quanquam quid ei  
ad summam deesse potuit) hoc omne Christiani

nominis præclari illi Professores à se addunt. Ve-  
rū ne quis ex isto grege habeat, quod sibi de so-  
lennitate sua gratuletur, meminerit, quod is qui  
ad hunc modum proditus, qui illusus, contumeliis  
affectus & insputatus, qui virgis laceratus & morte  
mulctatus est, idem tertia die ex mortuis in vitam  
redierit, & in coelestem gloriam evectus, ad majesta-  
tis divinæ dexteram considererit, judex futurus vi-  
yorum & mortuorum. An ille tantam inpietatem  
in suis Christianis ferat, quam honestiores Ethnici  
ferre in suis non potuerunt: In quibus rectæ ratio-  
nis lumen adeo fuit efficax, ut in puritatem ac tur-  
pitudem hujus moris non coercendam, sed extir-  
pandam & evellendam censerent. Quid vero opus  
est, ut hi thiasotæ larvis abscondant faciem & in de-  
formes vultus mutentur? Consulant naturæ suæ  
conditionem, quam illa facile ex forma etiam ve-  
nustissimæ in deformitatem abominabilem possit  
mutari: Inspiciant hominem, cuius mentionem fa-  
cit Evangelium, ex eodem, quo sumus omnes, lu-  
to formatum, sed oculis captum, & ex ea causa ad  
mendicitatem redactum: Satis larvarum est in ani-  
mo humano, nec opus est, ut adscititiam corpori  
deformitatem conciliemus. Igitur, eives Acade-  
mici, meum, qui hoc tempore yobis magistratus  
præsum, consilium est, fugite ab ominandam hujus  
seculi inpietatem, fugite turpitudinem, fugite ven-  
turam

turam poenam. Æterna suo tempore parata est, nec quisquam sibi promittat in punitatem, cuius conscientia stigma hujus flagitiis inustum est; Hæc vero hujus vitæ, non tam cervicibus nostris imminet, quam eas premit: Arsit patria nostra jam aliquot anni belli sævientis incendio, vastati agri, attracta fames, pestis, deformes vultus sive larvas potius quotidianas, & viva cadavera vix ambulantia nostris oculis obtulerunt, & Bacchanalia adhuc agimus: Si Deum non reveremini, quem licet præsentissimum, oculis illis profanis coram intueri non potestis; si non angelos, quorum à vobis ministeria flagitiis vestris haud dubiè removistis, si non respicitis honestatem, cuius nulla vel per exigua inter studiosos pietatis, honestatis & humanitatis ratio est; at calamitatem respicite, quæ tot annos jam duravit, & adhuc durat, nec dum finis appetet. At cuius tandem animi est contemnus numinis divini, adeo Cyclopicus, qualis nec in Ethnicis veri Dei ignaris deprehenditur, ab sola ratione illustratis ejusq; ductum sequentibus? Cujus tandem frontis est, aspernari tot admonitiones è cœlo, è terra, immò ab ipsis etiam inferis profectas: Moveat vos poena præsentissima: Ingenii donum preciosissimum à Deo accepistis: Ejus præstantia corruptitur nulla re citius, quam intemperantia, hujus festi propria. Valetudinem integrum nullo auro æstimabilem

Bilem à natura concessam, opera & cura parentum  
ad hoc ætatis conservatam servasti, sed hanc lu-  
xus & lascivia pessimè adfligunt, enervant, & seni-  
um ante tempus conciliant. Temporis jacturam,  
quanti faciant adolescentes, videmus: At qui nul-  
lo auro æstimari potest, nullo reparari amissum.  
Nummos vere ad studiorum sublidia missos à pa-  
rentibus inter lascivorum ac temulentorum gre-  
ges profundere sacrilegium est, cui proprium sup-  
plicium destinatum est paupertas, quæ poeniten-  
tiā & misericordiam comitem adducit, ejulabili vo-  
ce ingeminantes illud, O mibi præteritos referat si  
Jupiter annos, & nummos, quas tam inutiliter ac  
damnose collocavi. Cæterum non hac fini stabitur,  
nos quoq; ut magistratum decet vigilabimus, &  
quod officii nostri à nobis partes postulabunt, se-  
dulo præstabimus. Sacræ conciones præsentiam, &  
attentionem vestram requirunt, adeste & attendi-  
te, Imo & obsequium addite, ut appareat Spiriti-  
tam D E I Sanctum in vobis esse; sin minus, à Deo  
& honestate reliquos poenæ legibus constitutæ de-  
prehendent atq; corripiant. P. P. Rostochii sub

Sigillo Rectoratus Dominica Esto Mihi  
die 7. Martii Anno 1641.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734809530/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734809530/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734809530/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734809530/phys_0012)

DFG

bus juramenti religio sacro sancta e-  
tutis & literarum serio ac sedulò i-  
sunt dicta. Improbis hæc ita prop-  
redeant in vitam, vel quæ commin-  
In bivio constitutis, ne se in conso-  
crahi sinant, nec iisdem se cum illi-  
næ involvant. Omnes paterna nostri  
admissuros speramus: secus qui fec-  
stratum vindicem habebit.

Hactenus prioris, divexationibus  
nibus Pennalisticis oppositi Prog-  
runt, additis pœnis Academicis ini-  
tiatis, qui actiones eas prohibitas q-  
cere deprehenderentur. Verum u-  
tia, ita facile rimam invenit, qua e  
legi facere, & impunitatem sibi pro-  
quod schoristicae & pennalisticæ a  
grammate merito damnatae essent.  
Conventuum nationalium, qui ad  
& spiritus sunt, nulla facta esset mi-  
hoc pacto actiones illas illaudatas  
servari. Cum ergo manifestior sit,  
Nationum indeoles, restatiorq;  
quam ut negari possit, ne quid a  
nem prætendant, hoc Statuto n-  
diosorum formulæ conjungendo c  
nostris, Academicæ jurisdictioni su-

PRIMÒ, ut quicunq; nomina su-

A 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [REDACTED]

the scale towards document